

indubitabile profus est; quia si non vellet; illius indulgentia circa Societatis renuntiationem parui momenti fuisset; cum Religiosi alij numero sine comparatione maiores possent tali privilegio uti, & sic S. Inquisitionis Tribunali illud pararetur incommodum, quod ipse tantoperè, ad ipsius Tribunalis instantiam statuerat remouere.

69 Quamuis autem in Hispaniâ sic vsus habeat; pro Indiis tamen quoad Qualificatores id seruandum voluit Rex noster, supremo annuente Consilio, quod in præsentem habetur Capitulo, vnde quoad munera alia non videtur ampliandum. Si ergo S. Tribunal Commissarium velit aliquem constituere, id facere sine consensu Prælatorum potest, sicut & Commissario eidem aliqua committere, propter quæ oporteat eum domo egredi, aut etiam oppido. Neque obstat Bulla Vibani VIII. de quâ Cardinal. Lugo in Responsis Moral. Lib. 4. Dub. 36. quæ circa hoc in Indiis non est praxi ioborata. De assistente loco Ordinarij alia est ratio, pro quo idem Dub. citato, & specialiter num. 10. Quamquam & illud pro Indiis non sit exploratum: & idem est, si exercitiorum aliud velit eidem demandare, quale est Notarij: Religiosos enim posse ad hoc ab Inquisitionis officium assumi, plures Doctores affirmant, vt videri potest apud Carenam Parte 1. Titulo 12. num. 2. qui num. 9. testatur in Inquisitione Cremonæ duos adesse Cancellarios, seu Notarios: (idem enim apud illum nomen vtrumque designat) vnum à suprema Inquisitione electum, & alium Regularem ab Inquisitore Tribunalis illius nominatum. Quod ad Qualificatores verò attinet, videant DD. Inquisitores circa hoc grauari eorum conscientias posse: licet enim præceptis non agant, quod eisdem planè non licet, mutationem Religiosorum impedire conantes: tales tamen preces possunt Prælati obrudere, vt illi prorsus inuiti à mutatione abstineant, cum graui Religionis incommodo. Si autem Qualificator valde vilis S. Tribunali sit, hoc potest Prælati sine scrupulo significari, & gratum Tribunali futurum, si mutatio talis suspendatur. Et talis etiam esse vtilitas potest, vt & compulsio liceat, quia generalis prohibitio singularem casum non excludit, vt alias inculcatum. Pro Societate autem nostrâ id animaduertisse expediet, quod in citato, Decreto 21. his verbis inximatur: *Quin potius omnes Nostros in huiusmodi Regnis existentes serio & grauius hortatur, vt quicquid obsequij à nostrâ tenuitate, in sanctum illud officium, eiusque Ministros prouenire poterit, id humiliter semper atque alacriter prestare curent.* Sic quinta generalis Congregatio.

Quid specialis in Indijs.

Officium Notarij posse Religiosos inungi.

Quoad mutationis impeditionem quomodo grauari Inquisitionis conscientie possint.

Decretum Congreg. Societatis pro obsequio Inquisitionis.

Circa Decimum-nonum.

70 IN quo sic: *Que los Familiares, que tubieren officios publicos, y delinquieren en ellos, sean castigados por las Justicias Reales, y los Inquisidores no les defendan y amparen contra esto: y lo mismo se entienda con los Comisarios, que delinquieren en los Oficios à Ministerios de Curas, à Prebendas, que tubieren, si no que los dejen à sus Ordinarios.* Quæ sint officia publica non est difficile internoscere: talia enim sunt, quæ administrationem iustitiæ concernunt, & quæ auctoritate Regiâ, aut illius

vicariâ, ad commune bonum conferuntur: vt Bancarij, Depositarij, Tabelliones, Procuratores, Quæstores, Rationales & huiusmodi alij. De Officialibus autem militiæ idem videtur dicendum, quia reuera publicum officium exercent, licet non de omnibus id certum videatur: sed Magistris militiæ post Generales, Sergentis maioribus, Ducibus, & maiorum Officialium substitutis publicâ auctoritate Signiferis etiam, qui Regij dicuntur, de quibus nulla videtur esse dubitatio, quandoquidem eorum officium à Rege, dato pretio, prouidetur. Omnes ergo isti, & similes, circa officium delinquentes, ab Ordinariis possunt puniri iudicibus. Si verò eorum delicta circa officium non sint, quia videlicet eodem modo peccare poterant, si Officiales non essent; vt in concubinato, rixis, & similibus, etiam delicta grauiora sint, dummodo inter excepta non numerentur, de quibus postea, nullo modo ad forum Ordinarium spectant, sed ad forum Inquisitionis, vbi ad petitionem partis, vel ex officio, tales sunt causæ iudicandæ.

Que sint officia publica.

Ex synodicalibus observantur, quomodo in delictis suis extensio.

71 Quod quidem iuxta doctrinam procedit, quam circa Syndicatum publicorum Officialium communiter Doctores tradunt, illum videlicet non extendi ad delicta, quæ circa officium, aut cum relatione ad illud non committuntur: talia enim alterius fori sunt, & aliqua fortè de foro tantum Dei, quia humana se ad illa prouidentia non extendit. Pro quo Doctores adducit P. Fragosus Tomo 1. Pag. 937. num. 41. Qui & pro eodem allegat Cap. Cum ad Sedem, de restitut. spohat. vbi nihil ad rem. Sed forsitan apud Iuristam aliquem sic citatum inuenit, in quibus non rari huiusmodi errores occurrunt, vt alibi admonui.

Circa Commissarios & Præbendarios resolutio similis.

72 Circa Commissarios autem in Officio Parochiali, aut in Præbendæ ministerio peccantes, similiter est philosophandum; possunt enim à Prælati talia peccata puniri, non verò alia quantumuis graui, quæ ad Commissionem referri nequeunt, licet reuera Commissarij ipsi inde sumant occasionem liberius delinquendi: dum actus ipsi externi tales non sunt, vt internam illam valeant ostendere prauitatem: pro quo faciunt dicta à nobis numer. 18. Quia verò circa factum ipsum esse quæstio potest, dum alij iudicant relationem ad Commissariatum habere, alij non, per quod res dubia redditur: tunc in fauorem Inquisitionis iudicandum est, quia ex consequenti est fauor fidei, & summa est ratio, quæ pro religione militat, iuxta sæpius dicta. Et quia tales de foro Inquisitionis sunt, in cuius illa est iuris possessione; & ita melior est illius conditio, iuxta communem Iuris Regulam.

Soli Curati & Præbendarij Capitulo.

73 Soli autem Curati & Præbendarij in præsentem nominantur Capitulo, vnde alij Clerici, licet officium aliquod Ecclesiasticum gerant, si in illo delinquant, ad forum Inquisitionis spectant. Præbendarij autem sunt in Indiis Decani, Archidiaconi, Archicantores, Scholiarchæ, Theſaurarij, Canonici, Portionarij, etiam dimidiam tantum habeant portionem, vt videri potest apud Dom. Solorzanum Tomo 2. Lib. 3. Cap. 4. num. 7. & 14. & Cap. 14. num. 15. & in Politicâ Libr. 4. Cap. 4. Col. 5. s. Seis Racioneros, & sequenti. Pag. 615. s. Y passand. Dom. Felicianus à Vega

Quinuis Præbendarij nomine veniant.

Circa Vigessimum.

76 *Que estando amancebados (sic illud ait) algunos Familiares de la Inquisicion, y procediendo mis Justicias, ó las Ecclesiasticas por el dicho amancebamiento contra ellos, los Inquisidores no les amparen, ni defendan, auiendo las dichas Justicias prendido la causa.* Regulare est hoc iuxta Iuris dispositionem in delictis, quæ sunt mixti fori, cuius ratio præcipua est, ne quis coram duobus iudicibus in eadem causâ vexetur; vt bene obseruat Bossius in Tract. Crimin. Titulo de foro compet. num. 108. Circa quod multæ agitari solent quæstiones, pro quibus videri potest P. Fragosus Tomo 1. pag. 507. num. 32. & seqq. In casu autem nostro id disponi debuit, quia non constabat delictum esse mixti fori. Cum enim Familiares de foro Inquisitionis sint; factâ nondum declaratione; causâ ad Tribunal, quacumque non obstante præuentione, traheretur. Licet autem tunc coram duobus iudicibus vexaretur delinquens, id non obstaret, quia vexatio iudicis incompetens fuisse iniusta, & ita contra eum agere sic vexatus posset actione iniuriarum, & ad damna compensanda officium Superioris iudicis implorare; sicut in alio quocumque tribunali contingeret, si iudex incompetens causam vsurparet. Cur autem in delicto concubinatoris potius quàm in alio ita dispositum sit, ratio esse potest huius frequentia delicti, cui oporteat remedium opportunum adhiberi: si enim luxuria laxis sinatur habitis decurrere, non sunt matrimonia secuta, vnde grauiſſima damna in diuitiis, honore, vitâ, & animâ subsequuntur. Quæ quidem vtiatî, vt verissimum sunt, ita & iudicium animos, ad quos pertinent ista, pullarent! Sed nescio an ita accidat: dum enim pellicatus annexi & publici in oculos multorum, & in quamplurimum notitiam incurunt, eorum desidia videntur arguere, qui, cum vigilare deberent, vt in matutino interficerent peccatores terræ, etiam sub ipsâ meridiana luce videntur dormire.

In Familiarium concubinatorum tractatur locus præuentionis.

Cur ille specialiter expressus.

Non extendendum ad alios præter Familiare.

Contrariū probabile, ob rationis identitatē.

77 Cum autem Capitulum præsens de solis Familiaribus procedat, ad alios S. Inquisitionis Ministros non debet extendi, quia odium continet, & odiosa dispositiones strictè accipiendæ sunt, etiam si in alijs, qui non exprimentur, similis ratio sit, vt superius dictum num. 76. & 71: & alibi sæpius. Et videri pro eo possunt Emmanuel Rodericus Tomo 1. qq. regul. quæst. 11. art. 9. P. Suarez de legibus Lib. 8. Cap. 28. num. 11. & P. Salas etiam de legibus Quæst. 96. Tract. 14. Dissert. 17. Sect. 8. num. 43. qui plures alios adducit. Negari tamen nequit contrarium in casu nostro esse probabile, quia non tam similitudo, quàm rationis identitas inuenitur, vt consideranti constabit: vbi autem rationis identitas est, illam debere verbis præualere multi Doctores tradunt, etiam cum dispositio odiosa est; vt videri potest apud Ioannem Gutierrez in Practicis Quæst. civil. Libr. 3. Cap. 17. & 18. numer. 113. Tiraquelum in 1. Si unquam verb. Libert. à numer. 45. vsque ad 56. Ioannem Garciam de Hispanorum nobilitate, in distinctio num. 46. 61. & 62. Menochium Tomo 1. Consiliorum, Conf. 111. num. 16. & moderniores alios.

78 Vnde Domini Inquisitores dissimulate aliquando

Portionem esse Præbendam.

Conc. Triod.

D. Villarevel.

In Parochialibus Officijs delinquentes qui intellegendi.

Quid si Religiosus.

Sententiâ Banni pro Parochijs Indiciis nihil inuare.

in Relectionibus Canonicis Cap. 4. s. De adulteris n. 97. de iudicijs. Et alij. Licet autem Concilium Tridentinum Sessio 24. Cap. 12. de Reformat. Præbendam à Portione videatur distinguere, ibi: *Præterea obtinentibus in eisdem Cathedralibus aut Collegiatis Dignitates, Canonicatus, Præbendas, aut Portiones &c. id non vrget: Nam eâ ratione neque Dignitates, neque Canonicatus essent Præbendæ, quod constat dici non posse: Præbendæ ergo ibi ministeriū aliquod indicat Portione superius, secundum diuersas Ecclesiarum consuetudines. Ex his autem, quæ statim addit, clarè positio nostra colligitur, dum sic ait: Alioquin primo anno prinetur vniuersisque dimidia parte fructuum, quos ratione etiam Præbendæ ac residentie fecit suos &c.* Vbi de iis agit, quos antecederet expresserit verbis alatis. Non ergo videtur de hoc posse dubitari. Et ita alij tali nomine non comprehens, Inquisitionum censuræ penitus subiacent. Et quod ad limitatam illam Præbendariorum subiectionem attinet respectu Episcoporum, tantum euincunt, quæ congerit Dom. Villarevel Parte 1. Pacificæ gubernat. Quæst. 5. Art. 5. Et ita in fine Capitulum prædictum adducit, vt potest quod cum adductis à se videatur concordare.

74 Circa delinquentes autem in officijs ac ministerijs Parochialibus obseruandum est, non solos Parochos, sed quotquot in officijs ac ministerijs Parochialibus delinquant, puniri ab Ordinariis posse, vt ex tenore Capituli constat, vnde Parochorum Vicarij seu Coadiutores ab Episcopo dari, aut ab eisdem electi, similiter puniri ab illis possunt propter eandem rationem, nisi sint Religiosi. Licet enim Curati iurisdictioni Episcoporum quoad concernentia officium Parochiale subiaceant, iuxta dicta Titulo 17. Cap. 7. pro quo etiam Diana Parte 11 Tract. 2. Resolut. 15. quam plures Doctores congerit, & videri etiam potest P. Pellizarius Tract. 8. Cap. 6. numer. 52. ij autem qui apud illos in ministerio Parochiali assistunt, puniri nequeunt, quia de illis Bullæ Pontificiæ, & Regiæ rescripta non loquuntur: & cum odiosa dispositio sit, & exemptioni contraria, non debet ultra terminos expressos ampliari. Nisi forte Vicarij sint auctoritate Prælatorum in eorum absentia constituti, ij enim Parochi temporales sunt, & eorum ac aliorum ratio est eadem.

75 Et quidem de Parochijs loquendo posset aliquis contendere visitationi Episcoporum nullatenus subiacere, ex iis, quæ adducit P. Brunus Challaing. Minorita de Priuilegijs Regularium Parte 1. Tract. 1. Cap. 3. Propos. 3. Vbi probat ex multis priuilegijs Regularem Parochum vel Vicarium in Ecclesijs exemptis feruentem, non posse ab Episcopo visitari. Sed præterquam quod sententia illa parum verosimilis est, contra quam communis Doctorum sensus militat; in proposito nihil inuauit, quia de Ecclesijs exemptis procedit, quales Indiciæ non sunt. Et præterea sub eo pacto à Rege nostro, tamquam Patrono, & Episcopis, traduntur, vt haurit visitationi debeant eorum Rectores subiacere: in quo quidem suo renuntiare priuilegio possunt, quando id Apostolicâ dispensatione præstatur.



Praxis pro DD. Inquisitoribus.

Episcopus esse Ordinarius Inquisitor.

De Capitulo eius Vicario.

aliquando poterunt, cum sciant iudices non temere se in huiusmodi causarum cognitionem ingerere; praesertim si Ecclesiastici sint, quibus multo est amplius deferendum: neque penitus illarum foro Inquisitionis extrahuntur, quandoquidem Episcopi Ordinarii Inquisitores sunt, vt est notissimum. Videndus Farinacius de haeresibus, Quaes. 166. Mag. Soula in Aphorismis Inquisitorum Lib. 1. Cap. 3. P. Molina Tomo 6. Tract. 5. Disputat. 28. num. 18. Carena Parte 1. Titulo 4. §. 1. & Dom. Barbosa de Potest. Episc. Allegat. 40. numer. 39. Quod etiam Capitulo, Sede vacante, & illius Vicario competere, communis sententia est, pro qua P. Molina supra numer. 1. 1. P. Palaus Tomo 1. Tract. 4. Disput. 8. Puncto 12. §. 1. num. 5. Diana Parte 4. Tract. 8. Resolut. 33. Soula supra §. 20. Carena Titulo 8. §. 3. & alij.

Circa Vigessimoprimum.

Circa gradus in Academia non posse mandata expedire.

79 Verba illius sunt: Que los Inquisidores no den mandamiento contrahar Vniuersidades, en que manden que se gradue algun Doctor por Claustro contra los Esclatutos, y Constituciones dellas, ni se entremetan en esas semejantes, ni en negocios de gobierno, que no tocan a su ministerio. Omnia haec sancte & prudenter constituta. Et quod ad mandatum conferendi Gradum per Claustrum, per suffragia inquam Doctorum, non praecedentibus examinibus requisitis, non audiui vnquam tale per praefatos Dominos attentatum. Quia vero dispositio praesens non sine fundamento aliquo emanauit; merito timeri potest, ne quod aliquando contingit, aliquando etiam repetatur. Erit autem peccatum illud non solum commune duorum, sed plurimorum, tum mandantium, tum mandato deferentium, cum constet illud esse iniquum; si praesertim sufficientia in laureando desit, vt videtur defutura: sufficientes enim examinum periculum minime reformidant.

Quod in eo peccatum.

Quid cum sufficientia est notoria.

80 Si autem sufficientia esset notoria, dubitari potest an grauer peccarent Gradum huiusmodi decernentes & conferentes. Et videtur negatiue respondendum iuxta Doctores quos adducit P. Thomas Sancius Lib. 2. Consil. moral. Cap. 1. Dub. 57. & etiam sequitur dicentes peccatum mortale esse gradum Doctoratus conferre notabiliter insufficienti, sicut & illum recipere & idem asserit de gradu Licentiat, quia cum adeptus sine nouo examine potest ad gradum ascendere Doctoratus. Quando autem insufficientia notabilis non est, seu, quod in idem redit, est mediocris sufficientia, id non asserunt, etiam si sciant statuta Vniuersitatum id expresse prohibere. In quorum quidem transgressione aliquale peccatum erit; quod tamen & tunc vitari poterit, quando ratio aliqua conuenientiae occurrerit. Talis autem videtur, cum Inquisitor circa hoc auctoritatem suam interponit: in quo graue erit peccatum, si mandato id extorquere velit, vt in Capitulo praesenti dicitur, quia illi Euangelicum illud dici iure poterit: In qua potestate haec facis? Inquisitores enim tali sunt facultate penitus defuturi, quia neque a iure, neque a consuetudine, aut privilegio aliquo, fundamentum illius vel legitimum apparet; neque ad ipsorum officium est illatenus necessaria.

Quid cum mediocris.

81 Quia vero Capitulum praesens Doctoratus tantum meminit, videtur circa Gradus alios secus esse dicendum. Sed non est reuera fundamentum pro eiusmodi asserione: quia quod ad gradum Licentiat attinet, eiusdem rationis est eum Doctoratu, vt iam vidimus: & vt non sit, de illo atque aliis adducta procedit ratio; quod scilicet Inquisitores non habent iurisdictionem aliquam circa ista, vnde mandatum dare nequeunt. Et ita non videtur executioni locus, etiam cum Gradus inferiores sunt, & in quorum collatione non est peccatum mortale, etiam si requisita sufficientia desit; quia est usurpacio iurisdictionis, & violentia circa eos, ad quos spectat libera dispositio. Capitulum autem praesens Doctoratus meminit, quia in eo esse specialis difficultas solet, tali mandato vincenda; vel quia de eo specialiter querela ad Regem delata, quia sic factum fuerat, & in eo se magis grauaras Vniuersitates querabantur.

81 Quia vero Capitulum praesens Doctoratus tantum meminit, videtur circa Gradus alios secus esse dicendum. Sed non est reuera fundamentum pro eiusmodi asserione: quia quod ad gradum Licentiat attinet, eiusdem rationis est eum Doctoratu, vt iam vidimus: & vt non sit, de illo atque aliis adducta procedit ratio; quod scilicet Inquisitores non habent iurisdictionem aliquam circa ista, vnde mandatum dare nequeunt. Et ita non videtur executioni locus, etiam cum Gradus inferiores sunt, & in quorum collatione non est peccatum mortale, etiam si requisita sufficientia desit; quia est usurpacio iurisdictionis, & violentia circa eos, ad quos spectat libera dispositio. Capitulum autem praesens Doctoratus meminit, quia in eo esse specialis difficultas solet, tali mandato vincenda; vel quia de eo specialiter querela ad Regem delata, quia sic factum fuerat, & in eo se magis grauaras Vniuersitates querabantur.

Quid de Gradibus aliis praeter Doctoratum.

81 Neque Rex, & Supremum S. Inquisitionis Consilium, speciale circa hoc legem statuunt; sed extantem declarant; nec specialem etiam illam ex Iure Canonico aut Ciuili, sed naturali, in vtroque saepius inculcato, quod scilicet nullus non subditis imperare potest, neque contra Iura & leges quidquam eorum disponere, quae ad ipsum non spectant; & generaliter id verissimum; quod habet Regula 19. Iuris in 6. Non est sine culpa, qui rei, quae ad eum non pertinet, se immiscet. Pro iudice autem est Regula 26. ibidem, in qua dicitur: Ea, quae sunt iudice, si ad eius non spectant officium, viribus non subsistunt. Et peccatum graue in hoc inuenire communiter Doctores affirmant: pro quo videri potest Eligius Bassaus Verb. Index num. 3. vbi alios adducit.

Vnde talis obligatio proneniat.

Reg. 19. Iur. in 6.

Et 26. ibidem.

Excursio breuis Circa Indicas Vniuersitates.

82 Vnt in illis aliquae; & quidem Europae plurimas ob praestantiam ingeniorum, & doctrinae supellectilem, exaequandas; pro quibus occasione praecedentis Capituli non nihil hoc loco interuissit commodum iudicari. Et pro quibus etiam videnda, quae diximus Titulo 4. Cap. 14. circa Regios Auditores, & alia eorum occasione. Ergo vt breuitati consulam,

Illarum laus.

Dico primo. Praesentatis a Rege nostro ad Episcopatus, nequeunt in Vniuersitatibus Indicis ij conferri Gradus, qui pro ea requirunt dignitate, si de eorum sufficientia non sit saltem probabilis certitudo. Hoc quidem generale est pro Vniuersitatibus cunctis, sed nescio an alibi tale quid accidere possit, cum de electis notitia plenior ob distantiam non ita ingentem habeatur: licet monstra huius generis vbique soleant inueniri: vnde in Cap. Quamuis, de aetate & qualitate in ord. praeficiend. mentio Episcopi inducitur, qui nihil de Grammatica didicisset. Verum notitia maior communiter habetur, quae tamen pro existentibus in Indiis desit, vnde post Praesentationem ad Vniuersitates confugitur, vt Gradus necessarius habeatur. Vbi quidem in primis non valet serupulo quod ad Praesentationem attinet, an scilicet valida sit respectu eius, qui Gradu

Assertio 1. Praesentatis ad Episcopatus non possunt conferri Gradus nisi si de eorum sufficientia non constet.

Cap. Quamuis, de aetate & qualitate.

Praesentatis sine Gradibus an valida Praesentatio.

Cap. Eam ex. eod. tit.

Glossa notanda.

Cap. Ex parte de rescriptis.

Assertio 2. Illum conferri posse cum probabilis sufficientia notitia, probabile esse.

Contraria: fundamenta.

Priori ut saneat P. Henriquez, & alij.

du necessario caret. Non enim voluntatis Regiae esse videtur, vt non habens necessaria requisita, in quibus ille dispensare nequit, Praesentationis beneficium consequatur: talia enim supponuntur; & si non subsistant, eorum ignoratio facit inuoluntarium: sicut scientiae sufficientia supponitur, sine qua, qui acceptat, mortaliter peccat, vt bene obseruat Dom. Villaroel Parte 1. Quaes. 7. Artic. 7. Pro quo est Cap. Eam re, eod. tit. Ibi: Nec aliqua occasione, vel etiam Litterarum nostrarum obtentu, institui patiaris, quae scientia, moribus, & aetate, Concilio (Lateranensis) non congruant institutis. Sic Alexander Tertius; vbi Glossa verb. Litterarum concludit non esse mandatum Pontificis, quando ignoranter mandat. Rescriptum etiam Regium contra Ius, & publicam utilitatem non valet. l. Rescripta C. de prec. Imper. Offer. Vbi Doctores. Et pro Pontificio etiam est Cap. Ex parte 1. de rescriptis satis celebre in hac materia, ob illam eiusdem Pontificis regulam: & in huiusmodi Litteris intelligenda est haec conditio, etiam si non apponatur, si praesens veritate nitantur. Sic ibi. Deinde, quod ad calum spectat, in quo sumus, videtur certissimum id fieri non posse: cum enim generaliter fieri nequeat, ob rationes, quas P. Thomas Sancius adducit Tomo 1. Consil. Libr. 2. Cap. 1. Dub. 57. in Episcopis praesertim vrget, quia eorum approbatio, si insufficientes esse contingat, in maius Ecclesiae vergit prauidicium, vt est planum.

83 Dico secundò. Si de sufficientia Praesentati probabilis notitia sit, non orta nuper ex dictis aliquorum, sed per experientiam habita, aut ex praecedenti fama, non est improbabile posse talem per Claustrum ad Doctoratum suscipiendum approbati. Probatur ex dictis. n. 79. Et quia iste non abusus potestatis, sed dispensatio quaedam est, pro qua ratio non leuis occurrit: si enim Praesentatus ad Gradum non admittatur, consecrari non poterit, ex quo fiet vacationem longissimam futuram: quod quam sit exitiosum, saepius est a nobis dictum, & ex se res ipsa est oculos habentibus manifesta. Vt vero Gradus conferri nequeat, communis sententia vrget in ordine ad praedictum effectum: iuxta quam Gradus acceptus non facta professione fidei secundum Constitutionem Pij Quarti, aut contra Acaademiae statuta vel consuetudines, vt quia quis falsò probauit cursus necessarios, vel descriptionem in matricula, aut non fuit in examine forma praescripta seruata, seu aliàs: non sufficit ad testimonium sufficientiae, quod in Episcopis sacri Canonis requirunt, & praesertim Concilium Tridentinum Sessione 22. Cap. 2. de Reformat. Sic Nicolaus Garcia Parte 7. Cap. 7. in Additionibus numer. 51. Dom. Barbosa de Potest. Episc. ex eodem Allegat. 55. num. 6. & alij. Nihilominus probabilitas contrariae sententiae negari nequit: eam enim tenet P. Henriquez Lib. 10. Cap. 33. n. 2. vbi ait quod si eum Gradum habeat tantum in Iure Ciuili (cui qui incumbunt, solent etiam Studere sacris Canonibus, & de vtroque Iure examinantur) aut si nullum Gradum scientiae habeat & satis esset vt ab aliqua probata Academia impetret testimonium approbatorium suae scientiae, (vt disponit idem Concilium) quod facile concedi solet, quando eius scientia multis sapientibus nota est. Sic ille: qui cum pro se addu-

cat Vniuersitatum usum, in quibus tot viri sapientes concurrunt, ad sententiam huius probabilitatem adstruendam momenti non parum accedit.

84 Quòd verò notitia scientiae mediocriter facta sit, ex eo constat, quia adhibito etiam examine, qui mediocriter deprehenditur, debet approbati, iuxta Constitutiones Vniuersitatum vniuersitatis. Vnde P. Gerunda, quem adducit Diana Parte 12. Tract. 1. Resolut. 71 de Episcoporum necessaria doctrina sufficientia loquens, post enumerata alia in particulari, sic concludit: At si quae sunt alia prudentis iudicio ad Episcopale munus pro mediocritate scitu digna &c. Pro quo & videnda illa, quae ex Petro Marchantio ibidem exscribit. Id quod iam pridem stabilitum l. 22. Tit. 5. Part. 1. vbi post alia illud: Lerrado Comunalmamente. Neque contra hoc vrget, quod ex Constitutione Gregorij Decimiquarti, quae incipit, Onus Apostolicae, habet Quaranta Verb. Electio. Atque ex eodem P. Fragosus Tomo 2. pag. 603. numer. 10. scilicet non sufficere priuilegium Doctoris, seu Licentiat, sed debere fieri de doctrina promouendi diligentem inquisitionem, nisi aliunde constet ex aliqua publica functione. Non inquam vrget, quia cum diligenti illa inquisitione stat doctrinam esse mediocrem: diligentia enim inquisitionis ad explorandam sufficientiam necessariam adhibetur. Immo ex praedicta Constitutione videtur deduci Gradum solum attendendum non esse: id enim tantum significatur, cum dicitur non sufficere priuilegium Doctoris aut Licentiat, id est, priuilegium, quod per Gradus illos confertur, ascendendi inquam Cathedras, & Principes facultatum interpretari, fruendique gratis aliis, quae a Pontifice, & Christianis Principibus conceduntur. Cum ergo Gradui non ita fidendum sit, pro quo & facit Episcopus Romae coram Pontifice a viris doctissimis examinari, vt videri potest apud Dianam Parte 11. Tract. 8. Resolut. 26. Barbosa in Collectaneis circa Cap. Cum in cunctis num. 20. vbi Clem. VIII. Decretum adducit, & est generale Cardin. Lugo in Responsis moral. libr. 5. Dub. 15. num. 6. & Thomam Hurtadum Tract. 12. Resolucione 32. etiam si aliàs Gradum requisitum habeant: inde fit in conferenda approbatione per Claustrum minus serupuli superesse; mediocritas enim probatur: si autem plus aliquid velit, ad quos prouisio spectat, ipsi viderint, quia ab Vniuersitate tale iudicium minime postulat.

Scientia mediocriter notitiam sufficere.

P. Gerunda.

Non obstat Constitucionem Gregorij XIV.

Non esse solum attendendum Gradum.

Vniuersitatum testimonium quale futurum.

Concilium Tridentinum.

85 Vnde quod ait P. Henriquez, sufficere scilicet quòd ab aliqua probata Academia impetret testimonium approbatorium, non de approbatione ad Episcopatum est accipiendum, sed de approbatione mediocriter sufficientiae, quod tantum ab illa petitur. Qui enim sic de approbatione sollicitum promouendum volunt, & praesentant, Vniuersitatem circa sufficientiam non consistunt, minime praesentantur eum, si scirent Gradu necessario carere, pro quo saltem est vehemens coniectura vt numer. 82. dicebamus. Ipse autem Praesentatus Gradum petit, & publicum sufficientiae testimonium, quae ad illum requiritur, & nihil amplius, vt Concilij Tridentini Decreto fiat satis: in quo sic videtur expressum, cum dicitur: Ideoque antea in Vniuersitate studiorum, Magister, cum dicitur